




7.



XX-X

H-U-54

9-ff



14203

ROBERTI BRI-

TANNI DE OPTIMO STAV
REIPUBLICAE LIBER.

Huic adiuncta est veribus scripta Gul. Langei
Bellaij Comitis, ac Legati Regij deploratio.



Nº 8820



P A R I S I I S ,

Ex officina Christiani wecheli, sub scuto Basiliensi,
in vico Iacobaeo : ex sub Pegaso, in vico
Bellouacensi. M. D. XLIII.

ls de la Compama de Jesus de Zaragoza

Ioanni Bellaio Car-
DINALI AMPLISSIMO RO-
BERTVS BRITAN-
NVS S. D.

ES T hoc in more, atque instituto eorum, qui aliquid edūt, ut viros magnos sibi diligant, et eos maximè, qui partim naturā, partim studio, & doctrinā ad literarum amorem incendantur. Itaq; cūm mībi effet notus amorus erga literas singularis, cūq; aptius ab his cognoscere ipsis, qui experti effēt, feci ut ex nostris quotidianis & ludicris exercitiōibus aliquid tibi extaret: non herde, quod id tibi magnū visum iri putarem: sed quod me tantisper officio fungi debito, & honesto arbitrare, si tuæ virtuti ab omnibus debitum iampridem, & multis iam expletum, à me verò p̄cipue optatū munus persoluerem. Quis enim est qui de te non aut scripsit, aut legit? quis non ad cælum verbis extulit illam tuam eruditōnem, virtutem, ingenium, probitatem? Quod quod facerēt lubentius, non virtute solū, sed genere mouebantur. Fuiſti enim continuo tu his fultus maioribus, & his propinquorū commendatus virtutibus, vt cūm magnū per eos ad te, tum non minus per te ad eos honoris lumen redundaret. Sed alios omittam: de G. Langeo fratre tuo homine clarissimo & generofissimo dicam. Hic vir fuit unus, qui dum viueret,

a ii non

non solum bellicis rebus, & laudibus excelluit, verum etiam urbanis. Indicant legationes, quibus publice est functus cum ad Germanos, tum ceteras nationes fortissimas, & potentissimas. Turinum vero quo consilio, qua prudentia tenuit & rexit; In quo ut Regis beneficio adiuuaretur, ut erat necesse, virtus certe ipsa magnitudine quadam, & robore nobilissimas metes ad talis, tantoque praefectura largitionem peruincebatur. Euit ille diuinitus datum vniuersitate Galliae, qui non solum illius libertate armis & fortitudine defenderet, verum etiam praeclarissimis ingenij monumentis illius laudem ad nominis immortalitatem, perpetuamque famam propagaret. Quid enim illius scriptis ornatus, quid uberioris vel rerum varietate, vel orationis copia? Quod si ille, quod instituerat, perficere potuisset, ut rerum Gallicarum historiam contexeret, quantum tandem fuisset illud vel ad nomen, decisique vniuersitate Galliae, vel huius gentis ingeniiorum praestantiam, cum regni potentissimi res gestae a summo & duce & viro posteritati consecrarentur: qui non in libellis, neque his praecptis, quae de virtute militari scribunt omnes, sed vsu, & experientia virtutis bellicae vim, & scientiam didicisset. Quid enim maius, quam posse duce illa dicere, Vidi urbem armis cinctam, & madentes cruento gladio; vidi ipsam arcem procumbentem, vicem cuniculis, quam nec ter mille anni domuerant: nec ducum superiorum virtus attruerat: ut ille apud Vergilium Aeneas, Quaeque ipse miserrima vidi, Et quorum pars magna fui. Quem possumus nos veriore scripto-

rem,

rem, & rerum gestarum narratorem aut cogitare aut dicere? Sed illius viri memoriam omnis excipiet posteritas. Te vero habemus adhuc, cuius virtute & grauitate frui licet, qui quandiu cris incolumis, tandem vigebunt bona artes: iustitia, & equitas, & sperantia, constantia, pudor suum ius, & pristinam integritatem retinebunt. Hisce ego de causis mittere ad te De optimo reipub. statu librum non dubitauit: tum etiam, quod ita reipubl. praecepit, ita omnem illius dignitatem, atque inuiolatam libertatem seruas, ut, cum a te discesserimus, pauci e peritissimis, atque haud scio an unus aliquis tibi anteponatur. Ego sane cum hec scriberem, ad hominem & regendae reipubl. scientissimum, & totius antiquitatis bellè peritum gmarumque scribere me videbam. Nam quis vnguam nauclerus tanta diligentia & industria nauem a rupibus & scopulis seruauit, quanta tu monstra ista vitiorum, & portenta immensisima domas, & a republ. propulsas? Itaque hoc meum institutum non eradicandi caussa, sed testificandæ virtutis tua a me suscepsum est. Atque haec tua laus eodem est maior, quod magis illi urbi praecepit, que una in omnibus terris omnium est mater, & regina urbium. Quid enim Lutetia clarius, quid illustrius, quid hominum sermonibus, literis, monumentis antiquius? Huic te Rex optimus & fortissimus cum praefecit, videbat quantum in te esset neruorum, quantum animi, quantum roboris ad suscipendas res arduas, ac sustinendas. Itaque amare tuam virtutem possunt omnes, vincere nemo. Fac igitur, & nos in eo etiam ad maiora adiu-

a iii ues,

ues, ut nostrum hoc, qualemque est, quod ad te mit-
timus, leni vultu, & animo, ut soles cætera omnia, ex-
cepisse videare. Vale Cardinalis am-
plissime. Lutetiae, Calend.
Nouembris.

DE OPTIMO STATU
REIPUBLICÆ.

PTRVS CASTELLANVS,
EMARVS RANCO-
netus interlocutores.

RANCONETVS.



AGNAM curam, multūmq;
& vtilem suis hominibus labo-
rem video maiores in eo posu-
isse, vi disquirerent attentiūs,
quænam forma esset optimâ Rei-
publ. & quis, & ybi esset ista sta-
tus, quem nos longè optimum & perfectissimū
cœseremus. Quia de re fateor multos esse libros,
pluribꝫque & præstantissimis rebus refertos:
sed ita ad extremum pugnant inter se, ut sit dif-
ficile constituere, quænam potissimum sit for-
ma excellentis maximè ciuitatis. Itaque velim
Castellane exponas, quid de eo ipso imprimis
sentias. Ego enim id & cupio non mediocriter:
& te ad huius generis disputationem, lubenter
traducerem. CAS. Rem quæris Ranconete
& à me sœpius agitatam: & scriptis summorum
hominum, ut dicas, illustratam: quæ quoniā di-
gna est tua prudentia, tuisque auribus, conficia-
mus

8 DE OPTIMO STATV

mus hanc, si lubet, hodie: cras vel de nostris rebus, vel rursus si videbitur, de publicis sermonē instituemus. RAN. Mihi quidē & vehemēter etiam placet. Neque enim sententia solū in senatu Reipubl. prodeſſe, sed domi etiam rerum optimarum tractatione posteritati consulere debemus. Atq; haud ſcio, ſit ne hoc, quām illud vitius. Priuatarum enim lucubrationum aliquid etiam ad posteros redundabit. Publicarum verò vis non ferè ad ſubſequētes transmittitur. Quod etiam ſi aliquādo fit (ſunt enim res iudicatæ hac in parte, quas nos præiudicia appellamus) certius tamen illud eniteſcit priuatū opus ſuis temporibus: & posteris clarius lumē atque adiumentum tradit. Quo circa incumbamus in hoc institutū: & huic etiam aliquid tēporis atque opera demus. CAS. De omni Republ. quę quidem regatur modo, & ratione, quęque formam aliquam habeat, uideo tripliſter poſſe queri: aut enim Aristocratia eſt, aut Democracy, aut Monarchia. Quę nomina à Græcis duxa vim magnam obtinēt, & longē latēque patentem, cùm Latinis ad id significādum ppria & vſitata defint vocabula. Sed habent ſuam periphrasim qua excellunt, vt in aliis multis declarandis: Græcorum verò lingua multō & vberior eſt in hoc genere, & diuīor: ſed quoniā aliū de mutuari nō poſſimus, ſumamus ab hiſ, quod nobis eſt idoneū, & neceſſarium: verbisq; eorum vt tamur vt propriis & nostris.

V R E I P V B L I C A E.

9
noſtris. RAN. Rectē aīs: neque enim, credo, ſtomachabitur vetus illa Academia, aut ſi qua etiam nunc ſit, quę illius dignitatē tueatur, ſi à ſuis rebus ſubſidium petamus, cūm præſertim nulla ei à nobis fiat iniuria. CAS. Non arbitror id quidem: eſſet enim iniustum: ſed tamen Academiam intuens, aliud quiddā videris veſle. Nam & Platonem ſignificare, cuius permulta ſunt de hac re memoria prodita, & omnes Platonicos, qui poſteā genus illud sermonis maxime scriptis ſuis exornarunt, eſ viſus. RAN. Sum conatus ſanč illos referre: maximēq; volui principē illū Academiac, qui vt multa alia egegia, ſic hoc quoque quod instituimus, ſcribendo imprimis enudauit. CAS. Verum Rancone te: ſed ille ipſe Plato, quem tu modō retulisti, permulta attulit, quę neq; utilia eſſent rebus publicis: & nouitate, atq; asperitate quadā ciues etiā vulnerablent. RAN. Tu ne etiam id aīs de Platone, quem omnes ſumimum vnum propè Philosophum dicere audent? CAS. Video quantum huic tribuant alii: & ei permultum ab omnibus tribui debere fateor: ſed tamen nuper eum ipſum legens viſus ſum mihi animaduertere nonnulla, quę neq; facerent ad eum, quem quærimus, Reipubl. ſtatū: & ſaþe etiam immoderatione impunitatis & licentiæ nocerēt. Ait enim ipſe in his libris, quos ſcriptis de Reipubl. debere inter ipſos ciues omnia eſſe com munita, vxores etiam cōmunes. Diſſoluere hoc b quidem

quidem Reipubl. statum est, non firmare. Tollerit enim virtutis fontem, cum ipsius premia afferat. Deinde amorem & charitatem adimit, quae nulla esse potest sublatto prolis & sanguinis cuiusque discrimine. Peius etiam illud superius. Quid enim tam absurdum, quam permittere cuique ad se attrahere non quantum liceat, sed quantum lubeat: ut homo cupidus neque terminet ullum libidinis aut voracitatis modum: feraturque per omnes partes ut importunissima bellua. Hoc modo ditiones erunt in ciuitate improbi, quam boni, audaces, quam mansueti, robusti, quam imbecilles, ac valetudinarii. Ita dirimatur necesse est humani generis societas, quae hoc vult, ut cuique pro rata parte, quod sit suum cuiuscumque referetur. Atque etiam illa est huius loci offensio vel maxima, qd nemo esset postea, qui rei querendae vacaret: nemo qui diligentiam, qui subtilitatis laudem, qui literas quereret: nemo qui mente aut indagatione veritatis paulo altius suspiceret. Ita confusa & sopita omnis naturae vis igniculos virtutum & disciplinarum omnium statim amitteret: fieretque ipsa truncus, seigne quiddam, deforme, atque inurbanum contra quam a Deo summo illo, & praepotenti satore, atque opifice esset constitutum. Hæc mihi videntur abhorrere ab illo quem voluntus atque optamus Reipubl. statu: longeque indigna esse Philosophi grauitate. RAN.

Mihi quoque idem videtur: sed veniamus, si lu-

bet,

bet, ad eam disputationis partem, de qua nunc agitur. CAS. Ego vero ac lubens quidem. Atque ut de ea re quid sentiam, exponam. Ego sic existimo hæc tria, de quibus dixi, propinquitate atque natura coniuncta à quibusdam inertia atque inscitia separata fuisse. Nam qui Democratiam probant, degenerat illi plane à sancta & vera politia, ut nihil ab his, quod Reipub. proficit, afferri possit. Poteat enim quicquam esse tam absurdum, quam ei prouinciam atque imperium committere, qui non tam consilio, quam levitate atque inertia in rebus dijudicandis delectetur. Non est sapientia in vulgo, non delectus, non discriminem, non grauitas, non temperantia, non presentium cognitio, subsequentium animaduersio, superiorum recordatio, non amicitia, non fides, non humanitas, non ingenium, non literæ, non ea, quæ aut fugiendis malis, aut optandis bonis rebus cernitur, prudētia, non constātia, non metus, non pudor, non animi celstitas, & quasi altitudo quædam, non iudicium, non assibilitas. Multarum vigiliarū hæc sunt: multarum literarum, ut hæc habeamus: & his ad tempus moderate sapienterque vtamur. Ex quibus ut sit unum aliquid in vulgo fortasse ne id quidem semper: sed fac esse, num idcirco rectorem, atque virium moderatorem constituemus? Mihi quidem non videtur. Alios nervios desiderat disciplina Reipubl. alios causas so- ciorum, alios imperii magnitudo, alios pacta, b ii foedera,

fœdera, conuenta, stipulationes. Quibus rebus si rerum potiretur, & præesse populum, & suam de his explicare sententiam necesse esset. Verū omittamus hunc, qui ad priuatam rem nimis est prudens, ad publicam parum sagax. Satis habeat, si inter suos dominetur: si familiam regat: si in ea se iactitet: vt ne aliquando ad hæc diuina, atque in omni genere perfecta misteria aspiret.

RAN. Sanctè sapienter populo sua imperia, distinctionesque perscribis. Neque enim decet, neque vñquam probatum fuit nisi inquinatissimis temporibus, vt singulæ ciuitates, & singula oppida a populis regerentur. Durissimarum calamitatum illæ solent esse causæ, quas nos annumerare, non laudare solemus. Regendarum nationū ortus multo est & locupletior, & clarior. Itaque cum hoc spectarem, & tecum agere vellem, videbam iam animo, quām præclarum esset id, quod nos quereremus. Sed tu prosequere quod instituisti: & cōfice nobis, si videtur, id munus: neque enim placet iam dicere, si potes: neque enim sum nescius, te id optimè posse, quod vix illi etiam possunt, qui iam multis annos Rem. publ. tenuerūt.

CAS. Ego illam Democratiæ penitus reiicio rationem: est enim inimica veritati: & æternitati, claritatique provinciæ contraria. Tolerabilior est omnino eorum sententia, qui se Aristocratiæ dedunt: eāmque admittunt ad ciuitatum gubernacula: qui tamen nec se expediunt, vt debent: neque enatant, dum il-

lam

Iam nimis amplexantur. Nam si ita dicerent, plurimum esse in hac ad Reipubl. administrationem, sed ad hanc maiora alia multa, & graviora adiumenta adhibenda, esset istud quidē aliquid: sed quoniam ita dicunt posse hanc per se nullo aliunde quæsito subsidio Rempubl. tueri, orationem languidam, & mollicie ciuium indulgentem penitus cōtemno. Nos verò quoniam id & rei æquitas, & naturæ vis, & hominum consuetudo postulat, Monarchiæ certè arcem, ac principatum damus: eisque decus hoc, trophæumque inuictissimum tradimus. Vidēs ne vt ille ipse præstantissimus rerum humana-rū arbiter, & moderator Deus stellas innumerabiles fecerit cœlo inhærentes, vagas alias, alias fixas: his Lunam adiunxerit, quam multo dimidia parte terræ maiorem ferunt. Deinde Sollem sublimem, luminosum, actuosum, cæteris præsidentem ac imperantem signis. Sic certè ac multò etiam magis, quoniā illa hominū causa sunt instituta, vnum aliquem voluit esse hominem magnum, & præstantibus naturæ atq; ingenii bonis, qui cæteris præcesset: omnibusq; ex æquo ius, fidem, libertatem redderet: eum quem per apposito nomine Regem appellamus. Est enim sine dubio bonus Rex quasi Sol alter in terris: qui alias errantes certis: tamen limitibus continet: alias constanteis & graues ad omnem pulchritudinem, vitæque honestatem impellit. Quod nisi ita esset, an approbatæ vniuerso ex-

b iii eritu

eritu summa & maxima voce ea dixisset Vlys
ses, quæ sunt apud Homerum, Sit nobis Rex
vnuis is demum, quem Iuppiter optimus, maxi-
mus dederit. Sapientem hunc fingit Homerus:
& quidem verè. Ex quo non dubitat. Nestor
Achillem Dea progenitum pergrauiiter repræ-
hendere, quod is cum Agamemnone Duce, ac
principe totius exercitus contendere auderet.
Alta res est ipsum nomen principis, fructuosa,
ingens, honesta, optata, salutaris, abhorrens ab
auribus vulgi, respiciens quām longissimè, nihil
caducum, nihil humile admittens, cōnexa cum
omni aeternitate globorum cœlestium, irrequi-
eta, solers, continua, ampla. Itaque ne hac qui-
dem bestiæ carere possunt: habent grues suum
ducē, habent elephanti, habent leones: sed ma-
jora animalia omitto. Habēt etiam apes. Quid
in his regno præclarus? At in hominibus quā-
tò hoc idem & melius & celsius? vel quia ho-
mines soli sunt rationis participes: vel quia illo-
rū causa omnia à principio diuinitus sunt cō-
stituta: vel quia hos præesse cæteris animanti-
bus natura voluit. Decet enim profectō eos ip-
sos, quos plus sapere, quām alios, quosque &
futura videre, & posse cum aliis communicare ar-
bitramur, ea præstare, eaque concupiscere, quæ
constat in cæteris admiranda esse, atque utilia.
Primum quidem cum Rege viuitur iucundè,
temperate, sobriè, iustè. In illum omnium oculi,
vultus, gestus, incessus conuersi. Hunc omnes
quasi

quasi numen intuentur, ac suspiciunt. Itaq; eti-
am mores flectit, mutat, prout vult: nec quicquā
ad probitatem ciuium Rege moderato est aut
aptius, aut melius. Ex quo præclarè noster Clau-
dianus, Cōponitur orbis Regis ad exemplū. At
ex Grēcis Herodot. scriptor sanè bonus primū
olim apud Medos iustitię retinēde causā Reges
fuisse institutos dicit. Ego quidē sic sentio, quē-
admodū in ampla & vasta naui nihil recte ger-
ri, aut cōmodè administrari potest, nisi ad sit
naucleus homo gnauus, atque industrius, qui
nauem vel contra omnes tempestates explicare,
ad portūmque propellere possit: sic profectō in
magna ciuitate, nisi sit princeps, qui fluctuantī,
labentīque succurrat Reipubl. qui tempestates
moderetur, eāsq; à ciuium capite repellat, à vi-
ta, à fortunis diuellatur necesse est status, for-
māque ciuitatis: & in luctu, ac micerore ciuium
ruinas ponat suas. Multæ insidiae imminēt bo-
nis omnibus, multæ quotidie fraudes, multa ex-
citia, cruciat, tornēta, minax: quas euitare nemo
possit, nisi improbitas regio nutu fracta conti-
neretur: & suos gladios, funestāsq; faces injecta
repente desperatione, metu, & horrore abiice-
ret. Non est delinquendi relictus locus: si vel
Clodius licet, tamen punientur illius cædes: &
nepharia molitio debitūs & cōsentaneis pœnis
coērcebūtur. Hic mihi multa occurruunt de eo
dicenda, quem nos Regem & verè principem
appellamus. Primum vidēs ne vt apud Poëtas

Phœbus

Phœbus cum cythara, & iaculo singatur? RAN. Video hercile: & sum s̄ape admiratus ingenium, & laudavi solertiam eorum hominum, qui factis adumbratisque rebus, & verbis formâ vitæ, præstâisq; naturæ tam acutè explicarent. CAS. Recte inquā laudas: sunt enim omnes illi singulari & diuino ingenio viri, qui factis rerum ordine, & serie mētes præclaras ad veri intelligentiam exacuunt, neque eas torpeſcere sinunt, abstrusa atq; expedita simulachra afferendo. Ac cythara quidem Regem comē, mansuetum, dulcem significat: iaculo verò fortem, strenuum, robustum, acrem. Quarum rerū altera in pace, altera in bello valet. Sed alii alio quodam modo illud interpretantur. Volunt enim cythara significari non mansuetudinē solum, verum etiam scientiam, rerūmq; plurimarū cognitionem: quæ sunt arma prudentiæ: iaculo autem celeritatem, ferocitatem, agilitatē, quæ ad corpus censem pertinere. Mihi quidem vtrum vis siue hoc, siue illud plāceret. Neq; enim differt, siue quis mansuetudinem dicat cythara significari, siue rerū potius cognitionē. Nam et qui māsuetus est, is, quæ verissima est cognitio, seipsum noscit: & qui rerū cognitione excellit, non potest à mansuetudine longius abesse. Natura inter se hæc, & genere copulantur. De iaculo qui aliter, vt ipſi volunt, interpretātur, non mihi sanè multūm discrepare videntur. Neque enim intelligi robur sine agilitate potest: nec v-

la

la sine celeritate acrimonia putanda est. Itaque eandem edunt cantilenam: et si diuersa quidem videri potest mutatis verbis, re tamen & sententia eadem est. RAN. Praclarè mihi videris exposuisse, quid habere oporteret cū, qui princeps esset futurus. Nam & video, & illum scientia rerum plurimarū debere instructū esse intelligo. Atque in hoc genere illa quoque huius nostri seculi laudanda est felicitas, quod in ipsis Regibus existunt ardores quidam eximii ad omnem cognitionem, rerūque maiorū, & clariorū scientiam. CAS. Sunt ista vera in nostris Regibus: & magnum afferunt incitamentum aliis: & vehementissimè impellunt ad solidam et perfectam doctrinam. Ex quo existit ille coetus hominum doctissimorum, foetisque vberrimus. Quorum vestigia videmus altè infixæ, mediisque impressa orbitis, vt virtutis viā ignorantibus ipsa se Pallas ostendat: totāque offerat, diuinisque liquores animis infundat mortalium, eosque rursus in se transfundat. RAN. Sapienter causam huius literatissimæ multitudinis videris prescribere. Sed quale tandem est istud, quod dixisti paulò ante, etiā ne Regem Philosophum, etiā ne iuris consultum, etiam mathematicū esse oportebit? Nam quis ad hæc tot & tanta in tantis imperiis difficultatibus poterit peruenire? CAS. Argutè tu quidem illud: sed dicam quod sentio. Regem esse pluribus & maximis artibus instructum equi-

c dem

dem gloriolum est: sed non tam necessarium, q̄ ipsiis vrbibus salutare: satis est, si vel mediocri facultate sit prædictus, vt etiam si ea tantum teneat, quæ ad disciplinam Reipubl. & imperii dignitatem pertinent, nihil vlr̄ ab eo quæratur. Non enim in Rege informando, Geometram nescio quem, neque Astrologum, neque Musicum, neque Poëtam perquirimus: sed eum virum, qui abundantia ingenii, prudentiæq; copia ciuium vtilitati, & vniuersæ prouinciæ possit constitere. Fateor equidē multis pluribus & grauisimis artibus suis ornatos, multas, abs-trusasq; naturæ rationes ac vias nosse, vt Dionem Syracusium, vt Periclem, vt Scipionem, vt Maximum: sed illi delectatione magis in iisdē studiis, quam quod ita necesse esse arbitrarentur, ad eum laborem descenderunt. Sed si verū quærimus, non possunt omnes esse Pericles, vt fulgurare oratione, vt miscere tonitrua dicantur: ac ne curant quidem. Mihī illa Regis institutio videtur & facilior, et certior, si se ita gerat, vt nihil quod ad regnum faciat, ignorare videatur, vt ne nimis curiosè artes infinitas conquirat: quibus perdiscendis ingeniosi homines ne seipso quidem ad extremū seruarunt. RAN. Audio quæ dicas, & cōmoda esse arbitror. Sed Homerus ille, cui omnes sine cōtrouersia apud Græcos primas deferūt, Reges eloquentiæ studiosos facit: hisq; ex musis vnam adiungit comitem venerandam: & multis eos artibus instruit.

struit. CAS. Sit sanè hoc apud Homerū: nō enim ignoro & illud, nec iam quæro quid dicat summus poëta, sed quid dicere oporteat eum, qui iusti & moderati imperii formā præscribat. Quod si quem etiā delectet illa ipsa eloquentiæ vis, facultasque dicendi, quid impedit, quod minūs, vt ille apud eundem Homerum Agamemnon, sic hi quoque habeant Nestorem virū aliquem comptum, maturūmque in dicendo: vel Vlyssem, qui grauitate, & copia orationis claramores, stupores, admirationes in populo faciat: vel Menelaum, qui sedata quadam facultate, leniq; & apto orationis genere animos impellat, ad seq; allicit. Nostri vero Reges cùm sint literati, habent secum homines eruditissimos, & omni copia, & varietate bonarū artū abundantes, quibus fulta illorum integritas, & splendidiū columnas tuetur suas: & ad rerum illustrium cognitionem indies incitatur: & percipere auet mirabiles naturæ vias, hominūmque sensus, mores, industrias, inclinationes, naturas perquirit, & petit. Quæ cùm sint in nostris (nec magis nunc de nostris, quām de ceteris reliquarum nationū Regibus dispuo) non hercle video, cur in varias artes animus principis videatur distrahēdus, etiam si Philippus Alexandrū moneret, vt Aristoteli operam studiose nauaret. Hæc, quæ paulò antè commemorauit, dico Ranconete laudanda in nostris Regibus, quæ omnino maiorū ætas nunquam, ac ne ipsi qui-

dem veteres duces etiam Romani tanto studio factitarunt. RAN. Magnum hoc video esse, & quidem etiam tum erat, cum Respubl. à minime stultis, & fortasse eruditis, & sapientibus hominibus regebatur, qui tamen, vt dicas, ppauci fuerunt. Sed quid tādem nonne Regem legibus cōstrictum esse, & his parere, & eas colere inuiolate oportebit? Nam hæc tria hominibus video ad vitam necessaria, principem, iustitiam, legem: cū quidem princeps Dei sit simulachrum: iustitia verò finis legis: lex autem ipsius opus principis. CAS. Nouum id quidem est: & maiorum institutis contrarium, qui ipsum Regem caput legum, & quandam quasi Minoem esse voluerūt. Sed vt eum cogilegum seueritate noluerunt, ita æquisimum duxerūt, & dignum regio diademate facilem prēbere se in seruandis colendisque legibus. RANCO. Quis igitur principi imperabat? CAS. Certè lex omnī regina mortaliū, & immortaliū, vt ait Pindarus: non ista qdē lex, quæ libris, aut ligneis est scripta tabulis: sed viua illi insita ratio, quæ dies, noctesque adest: admonetq; nihil turpe, nihil languidum, nihil contra ius audēdum, contra leges, contra religionem, contra fidem. Persarū est ille mos valde laudādus, apud quos non nemo ad primam lucem Regi insuffrāt in aurem, vt ea curet, quæ illum curare voluit Mesoromasdes. Hoc enim Dæmonio illi, à quo pēdebāt, erat nomē. Regem alii suisse aiunt. At erudi-

erudito, prudentiq; principi intus in animo adest, qui semper idem dicit, & iubat: nec sinat desciscere à se: nec in spurcissimum voluptatis regnum ingredi, vt his rebus sit superior: sed amplecti constantiam, & cum ea omnia ciuitatis munia obire: quarum laudum propria est, et consentanea Regibus victoria. Itaque qui hoc in regis laudibus ponūt, scitè canere, concessari, deliciis disfluere, mollem, dignamque spadone vitam agere, parum mihi videntur, quid imperii dignitas postulet, attendere. Obiurgavit Philippus Alexandrum, quod molliter caneret. Quid ni obiurgaret? Est enim Regū laus non cytharcedum conclusa vmbraculis, sed Phœbi contenta paumentis. Est illa præclara Agesilai sententia, Regem debere non luxu, neque inteperantia aliis, sed consilio, & cōstantia, & omnigenere virtutis præstare. Sunt profecto quædā laudes verè regiæ: quas non fortuna, neque fortunæ comites deliciæ, sed sola virtus affert. Itaque suo iure appellat Homerus Reges Deorū discipulos, in quibus inest ratio, quam verè possumus vitæ ducem appellare, in quibus consilium, grauitas, temperantia, constatia, fides: quibus nihil potest cogitari diuinius, ne aet quidē, aut sol, aut astrorum cursus, & signorum omnium vis, & forma. Malè Aeschines & Polycrates, qui cū essent missi ad Philippum legati, eū laudabant, quod & formosus esset, & facundus, & ad bibendum strenuus. Quantò Demosthe-

nes melius, qui illos audiens primum quidem foeminarum esse dixit. secundum sophistarum, tertium spongiarum. Quod si, quid maximè Regem deceat, querimus: hoc illud est regium, mansuetè audire omnes: neminem nullo neque superbo dicto laedere, nec facto: sedare discordias, virtutibus sua præmia reddere, vitia punire, laudare fortes, timidos deprimere: in omni re constantiam & gratuitatem seruare, non ut multi, qui diripiendis fortunis, & trucidandis per fraudem ciuibus gloriæ & potentia quæsierunt. RAN. Diffrimen mihi tu Tyranni & Regis videris afferre. Nam & multavideo apud Platонem de tyrannide: & ipse ille Aristoteles, qui hæc politica maximè illustrauit, grauiissimè huius ferocitatem infestatur. Plura etiam scripsit Xenophon. Quod si verum fatendum est, viuit Tyrannus perpetuo in metu: semper anxius, semper sollicitus, nullis solidis gloriæ & vita bonis fruens: nullam sentiens suavitatem optata libertatis: nullas legitimas nuptias, nullū fœdus, nullum sanctum facinus admittens: inimicus ocii, crudelitatis amicus: nunquam non paratus ad fraudem: omni libidine, diritate, & feritate astuans: si probarit, conniuendum est: si succenseat, abeundum: si somniet, moriendum. Huic tu homini si stimulos ad virtutem coneris admouere, næ tu paulò eris fœclicior, quam Pytho, quam Dion, quam Xeno Eleates, quam multi alii, quos enumerare permagnum est, qui

in delenda tyrannide occupati, dum suos ciues tueri volūt, ne sibi quidē incolumē vitā retinuerunt. CAS. Dicis tu sanè verè, & sapienter. Nam vt ceteris rebus sint dispare, vna certè iustitia dissimillimi sūt inter se, & maxē disiūcti: cùm ille sincerus moderator, & verus princeps nihil contra ius agat, nihil contra integritatem, contra morem, institutumq; maiorum: ille autē immanis, & turbulentus patriæ trucidator omnia atrocitate, & sauitia cōpletat: qui nullas nisi sanguine fuso gaudet habere vias, vt de Cæsare accepimus. Sed perge vt cœpisti: & exoluē nobis hoc munus. Ego enim lubetē in hac disputatione versor: & delector ipsa cōmemoratione virtutum, quæ sunt eius viri propriæ, quenam nos Principem, & totius provinciae rectorem facimus. De quibus quanquam & legi ipse, & accepi ab aliis persæpe, me tamen tua & authoritas, & ingenii doctrinæque magnitudo, addo etiam familiaritatem, quam mihi tecum esse voluisti, his de rebus audientem incredibili quadā perfundit voluptate. CAS. Ut igitur ad institutum redeam: non est paruum illud nomē, & insigne regium: non minutis aut angustis cōclusum finibus: sed vagatur, longeque extenditur, multo, magnóque comitatu, magna laude virtutum, artium, doctrinārum, institutionum, sanctionum omnium: incedēs decorē, non impudenter irruens, consolans leniter, subleuans, multa de suo liberaliter impertiēs: multis consulens



fulens honesta, & liberali custodia. Huic non parere nephas, & flagitiosum putandum est. Quod qua in vrbe fit, in eam frequetes clades, maxima & durissima disidia ingruunt. Ac sapientes quidem qui septem fuisse in Gracia prohibentur, multa de principe & Rege memoriae prodiderunt: ex quibus Thales Milesius, quem primum ferunt eclypsium solis praedixisse, Regem tum demum fore censebat felicem, si senex in lectulo moreretur. RAN. Magnum quiddam vidit hic sapiens, ut iisdem oculis extrellum illud, quibus & eclypsim, aspexisse videatur. Nam qui in imperio ad extremum usque aetatis tempus permanferit, hic nulla sua perfidia, virtute tantum duce videtur eo peruenisse. Pauci Tyranni sene&tutis canos aspiciunt: proborum Regum, modestorum aetates sunt longissimae. At Cleobolus nihil illu vult proximis credere: nihil admirari eorum orationem, nihil moueri. CAS. Imò cedet interdum, si res, aequitatisque postulet. Quanquam loquimur de eo iam, qui non capi, leuiter possit propter ignoratiā, sed qui rerū usq; & experientia singularū vultus, cogitationes, voces, consilia, studia perspecta habeat, vt ne externorum quidē cultum, consuetudinēmque ignoret. His rebus, rationib;que excellentē stare media in arce grauiter posse fatendum est examinantem pondera rerum, verborūmque proximorum, quibus non quantum volet, sed quantum deceat, tribuat.

at.

at. Verū ut sapientes omittamus: Homerus, cuius poësis sapientiam quandam reconditam atque intimam continet, duo illa, ut scis, in Rege posuit, yt & egregius dux esset, & fortis in agmine. Quod carmen summus ille & fortissimus imperator Alexander in ore semper habebat: sed Græcè referam illud: est enim & rebus, & verbis suauissimum.

Αμφότεροι, βασιλέως τὸν ἀγαθὸν καὶ τὸν μητῆρα.
Idem Agamemnonem ποιητὴν λαδηνοῦ appellat, tantum vult prudentia, & sapientia esse superiorem. Quod nisi ita esset, nunquam illa legeretur à nobis tanta approbatione.

Hæ tibi erunt artes, bellisque imponere finem: Parcere subiectis, & debellare superbos.

RAN. Sunt veræ illæ artes Regum, quarum fructus manat ex ipsa stirpe fortitudinis, quæ non minùs seruandis vieti, quam domadis hostibus cernitur. Sed iam de Rege satis multa: in quibus etiam eò fui prolixior, quò magis rei totius amplitudinem, & splendorem admirarer. Sed vt eò se referat, vnde digressa est, oratio: ex tribus illis, quæ sunt à me proposita, intelligendum est conflari, & confici eum, quem querimus, Reipubl statum: neq; ea separari vlo modo posse. Quod qui faciunt, rem pernicioſissimam in Rempublicam introducunt, seditionē, & discordiam. Hoc copiosè à Platone differit in quadam ad Dionis amicos & propinquos epistola: in qua eam Reipubl formam probat,

d quæ

quæ sit Lacedæmoniæ similis , in qua & optimates sunt, & regia potestas, & populare non-nihil. Sed quanquam satis ad id, quod volumus, dictum videatur, lubet iam nōnulla afferre, quæ sunt quasi membra Reipubl. Nam fundamenta diximus: quæ si erunt firma, omnis hæc reliquarum rerū vis, & materia adhærescet: & natura duce ad summum perducetur. Quare his de rebus breuiter tantum, quātum satis erit, dicemus. In primis in ea ciuitate, de quo loquimur, leges dominari oportet: quas non dubitè equidem cæterorum omnium reginas quædam, & quasi principes appellare. Nam si cætera adfint, hæc autem desint, nihil magnum efficiet ciuitas, quod aut probare, aut admirari possimus. In his est illud, quod quærimus, optimæ Reipubl. seminarium : quod virtute satum ramos effert altius, & cœlum contingit: nec nubibus cedit, quæ glaciem componentes non illius nitori officiunt, sed sibi subitas ruinas struunt. RAN. Est verè sanctum & religiosum nomen illud legum , quod barbari, & sceleratissimi homines perhorrescant. Sed video multas aut consilio principum abrogatas, aut vetustate extinctas, et planè desitas leges seruari: quas non dicam non didicisse esset melius: sed certè ab vniuerso cæterarum corpore seiunxisse, non infrugiferum videretur. Ingeniosus procedit adolescens: Pictauium primò se confert discédi caussa: deinde Tolofam: miratur infinitam copiam istarum rerum:

rerum: audit attentè: quid tum? si hæc turba, et legum dissentiens multitudo ad certam paucitatem vocaretur, nōnne facilius esset ei vel breui tempore totas Reipubl. administrandas partes animo intueri, & continere? Video quid dicturus sis : clamabis hoc non esse tolerandum : nimisque absurdum esse, si etiam Reipubl. defensores ad diuellendum hoc tam sanctum corpus suam autoritatem accommodent. Appellet fanè quisque, vt volet: tamen ego nunquā hanc magis diuisionem, quam compactionem nominabo . Nam qui ex his, quæ sunt optima, ea, quæ sunt superuacanea, aut certè non' necessaria feiungit, is non diserpere ea à se, sed inter se coponere, magisque consociare est putandus. CAS. Videris metuere, ne te iuris inimicum putem: cuius tu semper fuisti pugnator acer- rimus; veruntamen quid opus erat tam sedula attestatio: amo enim, & amavi semper perspicuitatem artis, studium, laborem etiam in iure discendo: & quod me in hac parte iuuas, fando. Sed quid illa ipsa, quæ tu seiungi censes oportere, ablegabuntur in insulas? & tanquam ad metallum condemnabuntur, vt perpetuo exilio mulctentur? nam quid meruere innocentissimæ sanctiones? nisi etiam quod Rempubl. iuierint, criminis loco verti debeat. RANC. Minime: sed asservabuntur in bibliothecis: tanquam vt separantur ab visitatis: eas, cum volet, quisque leget, vel ut maiorum prudentiam co-

d ii gnoscat,

gnoscat, quæ ipsa nos per se nulla etiam quæsita vtilitate mirificè delecat: vel vt eorum vitam, morēsque intueatur: siue etiā vt eas referuemus ad ea tempora, quibus Respubl. possit vti. Sunt enim, vt scis, conuersiones Rerumpubl. Et quæ admodum ætas alia oritur ex alia, sic noui magistratus nouam quotidie rationem afferunt legum, aut etiam veteres excitant. CAS. Mihi sanè in hoc, quod dicens, intuenti, parum idonea hæc tua sententia, nō nihil etiam pñicosa videtur. Multæ enim sunt apud multas nationes leges, atque constitutiones, quæ aut usurpantur à paucis, aut tractantur à paucioribus, aut etiam in totum iacent. Itaque vt hæc tua secretio non nullis aliquid vtilitatis afferret, aliis fortasse noceret multò magis. RAN. Recte dicens. Nam & hoc opus est regiū: & segregare ista non sine magno multarum ciuitatum damno, atque incommodo quisquam posset: sed quoniam ea de re multi sermonem & sapere, & diligenter instruunt, & de ea etiam verbosius disputant, hoc genus afferre volui, vt de eo, quid sentires, potissimum cognoscere. CAS. Nihil est necesse studium illud quod habes, curámq; ad veri inquisitionem pluribus referre. Noui enim ipse: & pspexi lubéter maximis & præclarissimis in rebus. Sed ne quis miretur me, cùm anteà fundamenta optimæ, & florentissimæ Respubl. posuerim, nunc ita de legibus disputare, vt eas Respubl. seminarium & esse, & haberi ve-

lim.

lim. Ego illas ita Reipubl. vtiles, & fructuosas videbam, vt si quis in earum commemoratione restrictus esset, is esset ex his, qui nomen legum quod, & quantum esset, ne suspicari quidē vñquam potuissent. Verū vt à me acutulos istos disputationes æquos placatōsque dimittam: siisque locus aliquando concludatur, scribit Plato ad Laodamatem: & scribit iam senex: à quo cùm esset rogatus, vt aut se eò cōferret communicandi caula de summis rebus, aut ipse suum de optimo statu ciuitatis referret iudicium, hunc se ille excusat, quò minus iret propter ætatem: aperte tamē significat leges sine magistratibus nihil posse: magistratus sine legibus multū posse. Itaque hoc à me legum tributum est dignitati, quæ sunt quasi mutus magistratus: ille vero magistratus, cuius sententia, & consilio maximæ res in Republ. geruntur, viua lex est quædam: cùm ipsa lex aliud nihil sit, quām hominis celsi, prudentisque ratio, & mens, & sapientia, diuinis formata & aucta ignibus. Illa vero mirabiliter Rempubl. iuuant, neque solum sunt utilia, verum etiam necessaria, artes, exercitatio- nesque rei militaris, vt si quando dimicandum cum hostibus sit, quod persæpe euenit, Respubl. habeat suos propugnatores, & tutores, quorum laboribus, atque scientia suarum rerum integrā libertatem retineat. Hæc in omni libero populo, maximèque potentibus ac bene institutis ciuitatibus semper dominata sunt. Populus quidē

d iii Atheni-

Atheniensis xi. talenta quotānis erogabat, vt si ita res ferret, equites cōtinuò paratos haberet. Huius generis exercitia sunt illa: iaculū q̄ longissimē torquere: super equum aptissimē infilare: nunc simulachra belli mouēdo in hanc partem flectere, atque illam: nunc hostes prosequi longius: nunc se recipere: nunc in orbē gyrum que vertere: tum lucta, & cursu certare, arcum tendere, natare etiam, & cōtra rapacissimas vandas nitit, fluménque vastum superare: deinde lapidem, saxūmque ingens voluere: ac cestum iacere quām altissimē: & in ipso iactu vocem sonoram, qua sāpe grauius, quām ipso iactu vulneratur hostis, emittere: tum ferro aduersarios ferire, plágāmque inferre. Nec minus illud conducere putandum est, cūm habueris idoneos, & expeditos milites, curare, vt duces viri peramantes Reipubl. & fortes suppetant. Nam hoc sine illo summum sāpe fuit, illud sine hoc nunquam admodū profuit. Quocirca quō vtilior, eō maior habenda est cura ducum honorū, & fortium, quām iuuentutis excercendē: multo-que accuratiū his dāda sunt præcepta de omni re militari: quomodo acies instruatur, vt quadra-ta nunc sit phalanx, vt transuersa, vt dupli-ter in latus ducta, vt anceps, vt incurua, de numero & modo exercitus: de castrametandi ratione: de hostibus in acie turbandis, de circumueniendis, de eorum consiliis explorandis, de nostris occultandis, de insidiis collocandis, de sedandis

sedandis seditionibus, de loco ad pugnam idoneo: de tempore: de fame, ab his qui obsidentur, ppulsanda: de fossis, de aggeribus, de pluteis, de vineis, de arietibus, dēq; omnibus tormētis, quibus aut ppugnari ciuitas, aut si res petat, oppugnari poscit: de cuniculis ad muros subuer tendos: dē hostibus, ne clām murum ascendat, submouendis; rursus de his, si in urbem irruerint, exturbandis: de superandis maioribus fluuiis, de stagnis, de montibus, de locis prēruptis, & præfractis. Hæc magnam curam, exercitatiōnēmque desiderant: neque enim leuis est ars virtutis bellicę, qua nihil Reipubl. potest esse vtilius. Itaque instruendi sunt hi, quibus exercitus committatur, his rebus, quæ sunt propriæ belli gerendi: hīsq; doctissimi authores, qui de his scripserunt, accurate legendi. Quanquā animus acer, ac promptus inuictos duces efficit, tamē si erit idem ille harum rerum scientia munitus, & certius feretur ad pericula: & dimicabit pro suis paratiū. Ac multi quidem fuerunt, qui hunc quem dico, Reipubl. statum expriment: qui verò copiosē etiam illud ad virtutem militarem in eodem labore ac studio p̄seque-rentur, pauci. Nam & Xenophon iusti & legitimi imperii formam præscribens, non eam, de qua loquimur, ciuitatem rebus idoneis armavit, sed magis imperatoris munus exposuit: vt in Cyro ornando non tam quietem optarit rebus publicis, quām bellicam gloriam explicarit. Nisi forte

fortè potest videri liber is de Republ. Lacedæmoniorum in hoc numero reponéndus, qui etiā si fundamenta illa, de quibus dixi, optimæ Republ. habeat, multa tamen sunt addita præter ea, quæ parum idonea videantur: quæ nunc temporis causa omitto: multa etiā pratermissa, quæ si addita fuissent, concinnior status ille ciuitatis & quasi auctiōr fuisset. Sed habenda fuit ratio Republ., quam sibi proposuerat, & quam ornare studebat. Plato verò vtrumque persecutus & bellicam exposuit virtutem, sed paucis: & haec, quæ agimus, de optimo statu Republ. copiōsè explicauit. Hunc fecutus Aristoteles, haud scio an yberius, illud quidem certè ad rerum humanarum usum, consuetudinēmque accomodatiū totam istam partem beatissimę ciuitatis expoliuit: & illam superiorem de fortitudine, & virtute militari pluribus locis perstrinxit. Plutharchus minūs ille quidem vtroque de his & scripsit, & differuit: sed sūt in eo genere ut videmus, satis abūdans. Licet idem de multis dicere. Quod tamen non eō valet, vt eō minūs opera, ac temporis illis de re militari præceptis, quod paulo antè monebam, dādum putem: sed vt existimemus, si his rebus ornati atque instruēti esse velimus, nobis adeundos esse eos, qui de his separatim ac subtiliter scriperūt: vt Vegetium, vt Aelianum, vt Frontinum, multosque alios, qui de omni disciplina, virtutēque bellica nihil ferē cū negligerēt, incredibilem quandam

quandam rerum omnium varietatem, & copiam ad bellū suscipiendum, & conficiēdum suis libris prodiderunt. Illud non necesse est monere, est enim in promptu, vt ne qui grassatores priuatim, publicē sint: ne quis pudicitiæ, aut matronarum, aut virginum attentator, ne obsessor viarum, ne aperte periurus, aut nepharius quispiam sit. Hæc sunt omnia animaduersiōnis mediocris, utilitatis autē vel maximæ. Atq; hęc diligentiū curanda, q̄ alia, quæ maiore tamen studio curari & augeri videmus: ædificia dico, porticus, theatra, mœnia, türres, cæteraque eius generis. In quibus vt sit aliquid ad vrbis commendationem, ad virtutē certè quid ista afferre possint, non video: quæ tamen ipsa non sunt negligenda. Itaque neque viarum dilatatio, & apti, ac patentes aditus ad singulas domos, & viros sunt posthabendi: in his enim omnibus & decor est seruandus, & elegantia, & mundicias quædam: quanq; in his, vt dixi, parū admodū est ad ciuitatis felicitatē: sed quoniā his vulgo videmur meliores, concedamus illa quoq;: sed ita vt fortius & diligenter virtutum fundamēta, quām ædium iaciamus: quæ si erunt probē stabilita, in maxima morū honestate non magnoperē teōrum aduentitiam, vel etiam domesticam venustatem flagitabimus. Præclaræ verò diuitiæ, quæ sunt apud Platonem, vt ciues magis virtutibus, quām opibus sint diuites. Nā qua in vrbe opes queruntur, pecunia vndique

coaceruantur, in ea sit plarunque, vt & despiciantur boni, & omnis legum, iurisque authoritas demergatur. Nec tamen opifia tollo: nec mereturam infector. Nam & illud intelligo, posse opificium tuentem, & facultates augentem famae, existimationique consulere: sed in magna contentione opum difficilis est ad beatissimum Reipubl. statum progresio. Socrates quidem apud Platonem neque nimias angustias, neque profusas opes probat, quod alterum furtar, rapiendas, alterum seditiones, & discordias pariat. Minuenda etiam eorum opinio, qui ad hanc beatitudinem Reipubl. vrbis magnitudinem facere dicunt: qui locus ab Aristotele tractatus vberime est. Par erat potius dicere magnā, quia iusta: quam iustum, quia magna. Illud vero non inscitè dicitur, ciuitatem fortunatam haud procul à mari esse debere. Qua in sententia est Plato, & ille ipse Philosophorum princeps Aristoteles, qui tamen in eo non mihi videtur omnia vidisse. Nam vt rerum transuetio, & comportatio omnium per mare sit futura facilior, ingenia certè magis hebescere maritimis in locis, & obtundi animos, & præscindi subtilitates neceſſe est. Nēquām ferè asperis in locis ingenii perspicacitas nasci est visa: nunquam adoleſcere semen optimum naturæ: ita cum hoc dicunt, excludunt quodammodo illud, quod maximè beatam facit ciuitatem, vt & ciues prudentes sint, & valeant mentis acie, qua tanquam in speculo possint

possint futuras res videre, bonas diligere, fugere contrarias, & ita prospicere in posterum, vt ne qua Reipubl. pars indotata, & priuata laude sua sit. Quod si ne hoc quidem adiumento carere ciuitas possit, fluios nauigabiles malim, q̄ illud mare scopolosum, & latum. Non tam copiosè fortasse trāſuehetur: verū tantū, quantū erit ad virtutis propagationē satis. Nam ipsum illud cōportari in ciuitatē ex animi sententia, & quantum quisque velit, non placet. Habet enim ea res labem, qua nulla tetricor Reipubl. nulla detestabilior, nulla turpior inueniri potest: auaritia primò, deinde seditiones, concertationēs que ciuiles, cum quibus florere Respubl. nullo pacto potest: satis est, vt ne quare egeat: nullum necessarium requirat adiumentum: vt que integras potius opes, quam superuacaneas habeat: illa mihi præcipue pars curanda, quæ ad virtutē est: neque est verēdum, ne quernadmodum de opibus Platonicis paulò antē dixi, sic hęc nimis exuberet: quę quod erit maior, eō se altius profret, & ad hominum sermonem tradet certius. Danda etiā opera est, vt in ciuitate sint viri docti, qui iuuentutem ad omne officii, & doctrinę genus erudiant: quorum labores, vt publicè honestis, & priuatim utilibus stipendiis, & honoribus compensentur, erit prudentiæ magistratum, & Reipubl. moderatorum multò antē puidere. Hic fons est, hoc principium totius consilii in Republ. cū adolescentes ingeniosi, &

optima prædicti natura optimis adiuti præsidiis paulatim ad has rērum, & doctrinarum sedes, & domicilia perueniunt, sine quibus Respabl. administrari nullo paſto potest. Hoc laudis genere nostra hęc urbana Lutetia Athenas etiam prouocare audet, & tractatione artium, & ingeniorum magnitudine, & doctorum multitudine, copiāque, & abundantia carum rerum quibus ista bene discendi, & rectè instituendi facultas continetur: vt etiam ex hac, quod ad vniuersitatem Gallię utilitatem redundet, habeamus. RAN. Scio quam dicas utilitatem: & nos sanè Francisco Regi optimo, & fortissimo, cùm cætera omnia, quae sunt maxima, tum hoc non mediocre beneficium debemus, q̄ si iacentem iam multis annis, vel seculis potius, omnē politam atque elegantem sapientiam multis à se decretis honorib⁹, et muneribus excitauit: & novo quodam modo auxit. Hoc illud est Regem agere: non (vt iam de multis accepimus) telum triste, & mortiferum in musarum domos concicere: ex quo intelligimus necessitate eum ad bellum cogi, non volūtate: cùm illa semper potiora duxerit, quae ad ocium, & quietem pertinent. CAS. Probè sanè dicis: & nos s̄aep̄ p̄speximus, cùm illi essemus ad latus (sum enim vt scis, quotidie) quanta summi & viri & Regis ad literas esset inflāatio. Sed de eo omnes loquentur historiæ: & cœlo addere certabūt. Debet enim profecto eam ipsam ingenii vim, quæ

in ornādīs summorū hominū rebus gestis elaborat, in eo elucere maximè, qui illas ingenii, & doctrinæ partes semp̄ tutatus fortissimè est, sem perq; egit lubēter. Hoc & nos agemus, q̄diu licet: & alios ad faciēdū hortabimur: ita de me est meritus Princeps excellēs: neq; de me solū, sed vniuersa p̄uincia. Sit igitur hic iam finis, vt cùm magistratū fuerit æqua distributio, vnuis Rex, qui dominetur: ciues qui obtemperent, neq; quicq; earū rerū desit, quæ ad vitæ cultū faciūt: tū habeatur ille Reipubl. status, quē nos beatissimū atq; optimū appellamus: neq; valde sollicitē cōsečtemur omnīū opiniōes, qui de hoc genere disputerūt: q̄ et multe sunt, & ppter cognitionē etiā illustres: sed cū id natura primū duce, deinde expiētia tot exactis seculis multò melius, q̄ illi ipsi veteres p̄spiciamus, nihil indagamus ampli⁹, q̄ qd̄ re oīno p̄specta, & sepiùs agitata huic nostro instituto cōuenire videatur. Fatoe. n. & Platone diuinū quendā hominē, in q̄bus differuit, & scripsit, fuisse: & ipsū Aristotēlē incredibili vi quadā ingenii ceteros facile superasse: sed cū vterq; siue iudicio, siue q̄ ita placaret, siue alia quavis cauſa ab eius Reipubl. administratione abhoruerit, de qua tā multa scriptis suis posteritati tradiderūt, admirēmur poti⁹ illo rū artis magnitudinē in scribēdo, q̄ vt eos in omnib⁹ sequēdos arbitremur. Plura fortasse de his dicēda fuerunt: sed ad id, qd̄ agimus, id erit satis. Nunc quoniā id téporis est, & nostræ res e iii nobis

nobis, occupationésq; sunt curandæ (nam infinitatem quādam earum vides) finem disputandi faciemus. Aliás, si erit ocium, non nihil iisdē de rebus inter nos agemus, vt quæ à multis desiderari possent levia, & tenuiora ciuitatis subsidia adiungantur: & quoniam res est præclarata, & digna hoc nostro sermone, & disputatione, nihil quod ad beatę & laudabilis ciuitatis formam faciat, à nobis prætermis- sum videatur.

FINIS.

Gul. Langei Comi- TIS AC LEGATI REGII DEPLORATIO.

O Patriæ tristem casum, durámque ruinam. Perdidit illa ducē magnū, fortēq; Camillū. Perdidit & bello claros, validosque lacertos. Proh dolor: ingentum deductus stirpe virorum Ipse suas vires, dextræq; haud debile robur Amisit fato Langeus nobilis heros. Fama tamen viuit: viuunt, spirántque trophæis Iuncta suis monimēta viri: nec longior ætas Vlla teret: maiora omni sed tempore surgent. Hic tibi præsentis fructus, dum vita maneret, Persoluit, populōsq; tuos ô Gallia fulsit Magnanimus: quin ipse etiā nunc ordine lōgo. Tutatur: rebūsque tuis fert gratus honorem. Namq; hic bellipotēs, clipeoq; insignis eburno, Prælia miscebat longē, turmāque ciebat, Non mortis telique memor: dum patria vires Seruaret solitas, regno & floreret aucto. Idem etiam inuictus clarorum facta dierum Nocte reponebat chartis, sapiensque locabat. Queis sua posteritas animos æquaret olymbo. Ille duas artes, duo Phœbi maxima dona. Excoluit: iaculūq; manu, plectrūmque sonabat. Alter erat Cæsar, nec tantum corpore fortis, Ast animo mage pugnabat: curáque virili.

e iiiii Gallorum

Gallorum totam decorabat pectine gentem.
 Tantum illi Charites, tantum cōcessit Apollo.
 Et dedit esse virum, famāmq; tenere perennē.
 Ille homines doctos p̄t̄claro immēsus amore
 Muneribus lātis, magnisque insignibus omnes
 Ornabat placidus: tua Bellai inclyte spectans
 Ora, animūmq; altum: quo tu prædiuit cultus
 Cardenaliūm gestas ex ordine culmen,
 Nec minus æthereum spirabat pectorē nectar,
 Afflīctis dum solamen, virēsque secundas
 Porrigere, & certam gaudet conferre salutem.
 Occidit ille pius fletu comitante bonorum.
 Occidit: & magna Christum ter voce vocauit.
 Hoc casu concussæ v̄rbes: hoc maximus orbis
 Terrarum ingemuit, rupitque à cardine postes.
 Nam quis ad egregiā laudem, nomēq; decūsq;
 Nō gemere, & lachrymis possit cohibere dolō.
 Certè ipsi (si quid diuinæ stirpis in ora) (rem?
 Terrena est, nec adhuc penitus mortalia liquit
 Pectora) mēs hominū vigilabit, gratāq; multas
 Ad tumulū laurus, & ferta virentia sparget.
 Illa aderit memor: actutum nunc spargite musæ
 Lilia: & hæc vestro iam sit data cura parenti,
 Verus honos: non ille hederas, non ista recusat
 Præmia diis genitus magnis, cceloque potēte.
 Lāmq; fauete omnes, & cantus soluite plectris,
 Hoc adeò, & maiora etiam petit integer ordo
 Gestarum iuueni fertū: micat arduus ille.
 Atq; viri factis fese sublimibus infert. (ctor
 Quid statis? non tarda olim se ad munera du-
 Egit:

Egit: cūm vestris aris, patrięq; saluti
 Succurrit, dextra referens pulcherrima dona,
 Quæ victor tenuit medios dum pterit hostes,
 Atq; manu magna labentes suscitat oras.
 Ille Deus summi moderator, & arbiter orbis
 Nutu quo elisiū, facilēsq; parauerat hortos,
 Hunc dedit & terris: posset qui vincere sauos
 Fortis in arce hostes: seu terra, seu profundō
 Tentandus Mauors, rostrisque agitanda pcella.
 Hūc quoq; & eximiū lingua, numerisq; honorū
 Fecerat: externas queis sāpe exterruit v̄rbes.
 Compulit & dulcem bellis præponere pacem.
 Sic igitur musæ facietis: debitāque ipsi
 Pignora, & extremo cineri sua sacra feretis.

FINIS.

AD RENATVM BELLAIVM
Cœnomanësem Episcopū eiusdē carmen.

Dum cano magnanimi nimium tibi tristia fata
Langēi, vincor nomine & ipse tuo.
Tu frater: tibi perpetuo deuinctus amore
Credebat curas, consiliūmque sagax.
Debita sunt illi, sunt & tibi debita laudum
Præmia: magnificis surgit vterque bonis.
Vno te vicit, quod te prius æthera visit.
Non poteras iuuenis tam citò velle mori.

IO ANNIS GELIDAE DE
eiusdem Langei morte carmen.

Non poscunt tristem Langei funera luctum,
Cuius triste nihil vita peracta tulit.
Hinc abeat lachrymæ, periturāq; nomina que-
Hic mors cū vita est cōcelebrāda pari. (rāt.
Quid ni? Mars pugnax, Hermes facūd?, Vlysses
Prudens, Langeus teste vel hoste fuit.
At fraus, his caruissē bonis? solatia restant.
En verè claro nomine frater adest.

PETRI GALLANDII DE
eiusdem morte carmen:

Flent Epaminondā Theba:; pompāq; necatum
Magnifici exornant funeris Hippoclidem.
Thesea Cecropidē fortē, rigidūmq; Solonem,
Et dubiā laurum qui Salamine refert.
Publicolas, & cū Fabiis Roma alma Camilos,
Spartāq; quæ celebrat funere Thermopylas.
Langius en fato Gallis præreptus acerbo est,
Vnica nobilium spesq; decūsque virum.
Langius ob patriam iustis fortissimus armis,
Sacrificum exuperans relligione Numam.
Langius in Gallis obseruantissimus æqui,
Munifica spargens munera larga manu.
Langius Aonidū robusta columna sororum,
Quem coluit Charitum semper amica trias.
Mille hoīes, nō vnū hominē fera parca necasti,
Gallia non largis fletibus ora rigas ?
In fontes abeat oculi: ruat imber aquarum
In lachrymas: omnis linquat & ossa liquor.
Ad cerebrum sanguis, bilisq; ferantur: & illinc
Phlegma vehant madidis fleibile luminibus.

ПОДИАГНОСТИКА

и лечение

имеет в практике медицины широкое применение. Важное значение имеет то, что поддиагностика не является отдельной наукой, а лишь методом исследования, который может быть применен в различных областях медицины.

Поддиагностика включает в себя различные методы исследования, направленные на выявление причинных факторов болезни и определение ее характера и течения.

Поддиагностика может быть проведена с помощью различных методов, таких как анамнез, физикальный осмотр, лабораторные исследования, рентгенография, эндоскопия и т. д.

Поддиагностика имеет важное значение для правильного постановления диагноза и назначения соответствующего лечения.


Поддиагностика является важным инструментом для выявления причинных факторов болезни и определения ее характера и течения.

Поддиагностика имеет важное значение для правильного постановления диагноза и назначения соответствующего лечения.

Поддиагностика является важным инструментом для выявления причинных факторов болезни и определения ее характера и течения.

Поддиагностика имеет важное значение для правильного постановления диагноза и назначения соответствующего лечения.





H

Estan.
Núm.º